

~~EXERCITATIONES BIBLICÆ~~
מסורת הברית

EXERCITATIONES
BIBLICÆ.

DE

HEBRÆI GRÆCICQUE TEXTVS
sinceritate, germana LXXII. Interpretum transla-
tione dignoscenda, illius cum Vulgata conciliatione, &
iuxta Iudæos diuina integritate; totiusque Rabbinicæ
antiquitatis, & operis Malorethici æra, explicatione, &
censura.

PARS PRIOR.

*Auctore IO ANNE MORINO Blesensi,
Congregationis Oratorij IESU CHRISTI Presbytero.*



LVTETIÆ PARISIORVM,
Excudebat ANTONIVS VITRAY, Linguarum
Orientalium Regius Typographus.

M. DC. XXXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO
Principi.

FRANCISCO
CARDINALI
BARBERINO.

IOANNES MORINVS Congregationis Ora-
torij IESV CHRISTI Prelbyter.



*M*ULTA mihi est, mul-
tisque nominibus confirma-
ta, CARDINALIS EMI-
NENTISSIME, te conue-
niendi non modo fiducia,
sed etiam confidentia. Il-
lam primum in animo meo
peperit & fovit sacrarum
literarum studium, cui
eminentia tua, licet tot quotidie pulsata curis, con-
tinenter vacat. Heroïco enim præditus spiritu ani-
mi dotibus ornari longè pluris æstimas, quàm sor-
tune opibus locupletari. Ideoque solum eminentissi-
mam dignitatem suscepisse videris, ut ea subnixus,



LIBER PRIMVS
EXERCITATIONVM
ECCLESIASTICARVM
IN

Hebræi, Græcique textus N. T. sinceritatem, nati-
uam LXX. Interpretum translationem, illius cum
vulgata conciliationem, portentosam Iudæorum
in Gentili historia ignorantiam, nuperam Maso-
retharum nouitatem, emendationum, &c. ante
eos, ab ijs, & post eos in Hebræo textu factarum
recensionem, explicationem, & contradictionem.

EXERCITATIO I.

*In Catholicorum, antiquorum & neotericorum, nec-
non Hereticorum de codicum Hebraicorum since-
ritate sententiam.*

CAPVT PRIMVM.

*Auctoris scopus, & scribendi occasio enarrantur, vniuersumque
opus delineatur.*



MINVM sententia grauissimè peccant, qui con-
tra rerum principia causasque aliquid statuunt.
Istius enim peccati grauitas non ex malo aut de-
decore in principium causamue inflictio, licet illa
per se forent enormia, sed ex incommodis innu-
meris quæ causam vitiata consequi solent, præcipue putatur.
Vt enim furtum illud agricolæ perniciosissimum est, quo fru-
mentum ad semen sem destinatum, non quo frumentum quod-